

Pag. 1.

Clarum PANNONIAE germen, doctissime BELI,
Arcta junctè mihi FAUTOR amicitiâ:
Altos fatorum Tua pandere penna recessus
Dum cupit, obruta queis HUNGARA LINGUA jacet,
Conatur, fateor, quod non conatus adusque
Est quisquam, nec habet Patria terra parem.
Ausu coepta pio, fidenter promere perge,
Non fallent nisus digna bravea tuos.

Boni ominis ergô
adnectere pauca haec voluit,
gratulabundus,

DANIEL BURIUS UNGARUS

2. Burius Daniel levele az esztergomi Parschitius kéziratban.


LVI

comprobavit. Dies sanè diem docet. Proinde animus est mihi candidè, amicè & liberè judicantes, monentes, corrigentes ex mutua voluntate, placidè audire; admonitiones sanas promptè admittere; expungenda expungere; corrigenda sponte corrigere; inserenda inserere; mutanda mutare. Tu interea BENEVOLE LECTOR, favore & amore tuo, hunc laborem meum accipere, volvere, & aequi bonique consulere digneris: donec successu temporis ab aliis plura, & specialiora accipias atque percipias. Inventis enim facile est aliquid addere. Vale & Tibi addictissimo atque sincero Amico, candido pectore TUO perpetuò fave.

3. A Parschitius kézirat idegen kéztől származó bejegyzése.

die Cantzel gebracht: deswegen er abermahls examiniret, durch Vorstellung kräfftiger aus der Heil. Schrifft hergenommener Gründe überzeuget, und zum Wiederruff bewogen worden. Es ist ihm aber wiederfahren das wahre Sprichwort: Der Hund frisset wieder, was er gespeyet hat. Und die Sau wältzet sich nach der Schwemme wieder im Koth. Denn er seine vorige Irrthümer öffentlich wieder zu Marckt gebracht: dadurch er zu Neusol in grosse Verachtung gerahten. Weil er sich also von Neusol wegsehnete, ist er durch eines begüterten Medici Mulleri, (welcher die Tieffe des Pietistischen Satans nicht gemercket, und in seiner Einfalt, wie die zwey hundert Mann, so von Jerusalem mit Absalom giengen, und nichts um die Sache wusten, den Pietistischen Schwermern favorisiret, durch seine Freygebigkeit gegen die Armen aber sich in ein sonderbahres Ansehen gesetzet) Intercession zum Rectorat in Preßburg gelanget. Alda hat er einige Vornehme an sich gezogen, so daß sowol die Kirchen- als Schul-Aemter, wenn sich eine Vacantz eräugnet, mit Hallischen Creaturen besetzet worden. Daher man itzo Preßburg Klein-Halle nennet.

Reb. Das gemahnet mich fast, als wenn die Juden Amsterdam Groß- und Hamburg Klein-Jerusalem nennen.

Bav. Es ist dieser Bel einer der unverschämtesten Plagiariorum, welche die Sonne beschienen. Er hat ein zwiefaches Gebet-Buch, unter seinem Nahmen herausgegeben, dafür Buddeus eine Vorrede gemacht. Beede Theile hat er ausgeschrieben,

so

so daß er im erstern Theil hie und da etliche Wort und wenige Riegen, in dem andern aber fast gar nichts geändert. Und besitzet der Herr M. Matthæides das Original in seiner Bibliothec. Ferner hat er seine Lateinische und Teutsche Grammatic aus andern zusammen geschmiehrt. Mit der Historia Hungariæ hat er sich sehr breit gemacht bey denen, welchen des sel. Parstitii Arbeit nicht bekannt gewesen. Dieser Parstitius hat mit unsäglicher Mühe nicht nur die Autores, welche von Hungarn geschrieben, sich angeschaffet, und excerpiret, sondern ist auch das gantze Königreich durchgereiset, hat die Wälder, Berge, Hölen, Berg-Wercke, Flüsse, und was sonst merckwürdig, aufgezeichnet, so daß nicht leicht ein Flecken zu finden, welchen dieser Mann nicht selbst in Augenschein genommen. Er hat sich mehrere Jahre zu Wittenberg aufgehalten, und ein Compendium Historiæ Hungariæ heraus gegeben. Aber sein grosses Werck hat er nicht zum Druck verschaffen können, weil es an Gelde gemangelt. Nach seinem Absterben ist seine Bibliothec zu Leipzig verkauffet worden, da denn Belius die sämmtliche MSta, welche die Historie von Hungarn betreffen, erhandelt. Weil aber Herr Parstitius die Land-Karten nicht genugsam nach der Mathesi verfertiget, hat Belius, welcher davon wenig oder nichts verstehet, einige gelehrte Männer bewogen, ihm gewisse Gespanschafften abzuzeichnen. In specie hat Herr Krej Cæsareopolitanus Circulum Scepusianum, in welchem er wohnete, gar zierlich abgezeichnet. Der selige Herr Rector Bohus hat

J viel

4. Jever könyvének részlete, ahol Bélt plágiummal vádolja.


Anno 1718. d. 15. Junii.

In Basilica sequentia monumenta notanda quae nomen a S. Georgio habuit.

Ad sinistram ingredientibus, h.e. ad partem Evangelii: habetur monumentum e rubro marmore, opere pretiosissimo, constructum. Cuius inscriptio sequens:

MONVMENTVM SPLIS ET MAGCI CASPARIS DE SEREDI COMITIS DE SANCTO GEORGIO ET BOZYN, AC CAPITANEI PARTIVM SVPERIORVM Regni HVNGARIAE ETC, QVI OBIIT PRIMA DIE MARTY ANNO DOMINI 1550.

Ad Caput

Absorbta est mors in victoriam.

Georgius de Sered Frater F.F.

Ad Pedes

IOHANNES ALAGY Nepos Procuravit.

Ad dextram

Me Seredina tulit tellus, Ferdinandus habendas
Rex donavit opes, dum fera bella domat

gnia in potestatem redacta. [illegible]
dum Forgacz, Regni Hungariae Palatinum cum corona
custodiae variis pollicitationibus per iteratas ablegationes
ad se in urbem vocavit ipsamque coronam sacram sui
juris fecit: quam inde Zeccolium, post Jerusalem,
deinde Cassoviam et Eþsechinum abduxit: Sed an-
no MDCXXII pace cum Caesare constituta eandem ite-
rum restituit, et titulo Regis Hungariae se abdicavit.
Superioribus annis frustra per Emericum Thököli ad de-
ditionem tentata fuit: Caesareanis masculè eandem
defendentibus. Arcis vero hujus Comites perpetui sunt
[illegible] Palfi quorum aui aetate maximus est proventus



Ad Sinistram
Rara fides rebus dubiis operosaque virtus
Acceptum regi me fecit esse meo.

No 2

Hora monumenti alterius eque marmoris rubri, quod effigiem mitrati cuiusdam heroi qui leoni insistit, hastaque munitus, legitur [illegible] sequens, charactere vetusto.

Anno Dni MCCCCLXVIII feria quarta ante festum beati Ambrosii episcopi, obiit spectabilis ac generosus Dnus ac Magnificus Dominus (— — — fractura sub pede sinistro) Sancti Georgio et de Bozin etc. hic sepultus cuius anima requiescat in pace.

[illegible] anni MDXLVI, in quo statutum est, ut ista civitas cum Insula, in [illegible] libertatibus, in eductione & inductione frumenti & vini, permaneret. Szencinum, Hung. & Slav. Szentz, vel Szenecz, Alberti Molnar Patria, [illegible] Scriptis Theologicis & Philologicis celebris. Habet templum in colle positum, praepositura condecoratum. Curiam in medio fori. Vino & nundinis clarum. Oppida sunt: Zoklés, Germ. Lansir; Cseterek, Germ. Leinerdorf; Nagy Magyar, seu Magerldorf; Szerdahely seu Niedermarek; Vajka; Gutta; Szomolan seu Szmolenicz; Szempitz. Arces: Posoniensis in colle civitatis, ad Danubium posita

5—6. A Parschitius kéziratba beragasztott, dátummal ellátott jegyzet két oldala.



HVNGARIAE
ANTIQVAE ET NOVAE
PRODROMVS,
CVM
SPECIMINE,
QVOMODO
IN SINGVLIS OPERIS PARTIBVS
ELABORANDIS,
VERSARI CONSTITVERIT,
AVCTOR
MATTHIAS BELIVS
PANNONIVS.

NORIMBERGAE,
Sumtu, PETRI CONRADI MONATH,
BIBLIOPOLAE.
ANNO MDCCXXIII.

7. A Prodromus címlapja.



NOTITIA
HVNGARIAE
NOVAE
HISTORICO GEOGRAPHICA,
DIVISA IN PARTES QVATVOR,
QVARVM
PRIMA, HVNGARIAM CIS-DANVBIANAM; ALTERA, TRANS-DANVBIANAM; TERTIA, CIS-TIBISCANAM; QVARTA, TRANS-TIBISCANAM:
Vniuersim XLVIII. Comitatibus Designatam,
EXPROMIT.
Regionis Situs, Terminos, Montes, Campos, Fluuios, Lacus, Thermas, Cæli, Solique ingenium, Naturæ munera & prodigia; Incolas variarum Gentium, atque harum mores; Prouinciarum Magistratus; Illustres Familias; Vrbes, Arces, Oppida, & Vicos propemodum omnes; Singulorum præterea, Ortus & Incrementa, Belli Pacisque Conuersiones, & præsentem Habitum;
Fide optima, Adcuratione summa,
EXPLICAT.
OPVS, HVCVSQVE DESIDERATVM, ET IN COMMVNE VTILE.
SACRATISSIMIS AVSPICIIS
CAROLI VI. CAESARIS,
ET REGIS INDVLGENTISSIMI,
ELABORAVIT
MATTHIAS BEL.
ACCEDVNT
SAMVELIS MIKOVINII
Mappæ, singulorum Comitatuum, Methodo Astronomico-Geometrica concinnatæ.
TOMVS PRIMVS.

VIENNAE AVSTRIAE, Impensis PAVLLI STRAVBII Bibliopolæ.
Typis JOHANNIS PETRI van GHELEN, Typographi Cæsarei.
ANNO MDCCXXXV.

8. A Notitia első kötetének címlapja.

9. Részlet a Notitia eredeti illusztációjából.

COMITATVVM
PEST, PILIS, ET SOLTH,
PARS PRIOR
GENERALIS.

PROOEMIVM.

VEntum eſt, ad eam Hungariæ partem, quæ olim, ſedem Regibus, & nullum non auocamentorum genus, affatim ſufficiebat. *Comitatus* ſunt nimirum, Pest, Pilis & Solth, varie quidem poſiti; ſed lege patria, ita coadunati pridem, vt, & iisdem regantur magiſtratibus, &, ſi res ferat, ad eadem coeant comitiola, ſeu *Congregationes*. Aequum proinde eſt, ac prorſus, cum inſtituto noſtro conſentaneum, vt regionem, priſco decore illuſtrem, poſtea, barbarorum illapſu fœdatam, iamque, Caesaris optimi, Regis indulgentiſſimi,

Tom. III. A

10. A Pest—Pilis—Solt vármegye leírásának első oldala.



34 COMIT. PEST, PILIS, SOLTH, PARS GENERALIS.

mino Francisco Stephano, *Lotharingiæ & Barri Duci, Aurei Velleris Equiti, qua constituto, per dictum Regnum nostrum Hungariæ, Locumtenenti nostro Regio, Consanguineo nostro Charissimo, ita exigentibus præclaris Ipsius animi Dotibus, & qualitatibus, simul cum cunctis huiusmodi Officii seu Honoris consuetis Iurisdictionibus, Prærogatiuis, obuentionibus, & emolumentis, tenendum ac possidendum, benigne dederimus & contulerimus. Ea propter, Vobis harum serie firmiter præcipientes committimus & mandamus, quatenus prælibatum Lotharingiæ & Barri Ducem, a modo imposterum, pro vero, istorum Comitatuum Vestrorum, Supremo Comite habere, tenere, & recognoscere, debitamque Eidem Reuerentiam, Honorem & Obedientiam exhibere, in omnibus denique licitis, & consuetis rebus & negotiis, officium Supremi Comitis concernentibus, Eidem parere & obtemperare, modis omnibus debeatis ac teneamini. Secus non facturi. Gratia in reliquo &c. Datum, in Thermis Carolinis die 28va Mensis Iunii, Anno Dñi 1732.* Ita regiæ litteræ habuerunt. Nos, qua sumus in rempublicam, pietate, rem omnem, ita euenire cupimus, vti Regi, patriæ, & Dvci optimo, bene vertat.

PARS SPECIALIS

De

Processibus Comitatuum Pest, Pilis, Solth.

PROOEMIVM.

Tota hæc vnitorum Comitatuum regio, in prouinciolas, seu *Processus Quatuor*, diuisa est; puta: *Vaczienſem; Ketskemètenſem; Pilisienſem; & Solthenſem:* dignos sane, quos adtentiore cura, atque studio emetiamur.

MEMBRVM I.

De

Processu Vàcziensi.

Processuum primus est Vaciensis, ab oppido eius nominis adpellatus. Pergit, vno latere, in orientem, ibidemque fluuio *Zagyva* finitur; altero in meridiem, vna cum Danubio,

11. A különleges rész első lapja.



12. Besztercebánya látképe. Zólyom megye Mikoviny féle térképének részlete a Notitia II. kötetéből.



13. Rózsahegy látképe. A Liptó megyéről készült térkép részlete a Notitia II. kötetéből.



Beliana
I. X.

Descriptio Cottus Csongrád
Manuscriptum opus Matthiae Belii.
Manuscriptum comparavi in
folio per [illegible] Scriptura
Math: Belii
Extractum non indiget cum
in Omnibus cum Praecedenti
Tomo [struck through] Congruat
ab Aqua nihil Vitii [illegible]

14. A Bél féle eredeti Csongrád megye kézirat bejegyzése.


Beliana
I. v.
Descriptio Comitatus Csongrád
per Mathiam Belium.
Copia per Suam Eminentiam procurata
Manuscriptum compactum in folio
pag. 149
sequitur Clausula

§. I. Pagina.

Nomen Comitatus a Csongrád
olim Castro . . . . 1.
Ejus situs, et amplitudo . . 2.

§. II.

Montibus caret, convertat ad meram
planitiem . . . . 2.

§. III.

Fluvii praecipui Tibiscus . . . 2.
Origo fluminis hujus, et meatus . 3.
Marusius . . . . 4.

Chusing

15. A 18. század végi másolat bejegyzése.



16. A Bél-féle eredeti kézirat címlapja.



COMITATUS
CSONGRADIENSIS
PARS GENERALIS
Membrum Primum.
Physicum
De situ, atque natura Comitatus Cs.

§. I.

Csongradiensem Comitatum eius nominis locus, olim castrum, iam vicus exilis, Comitum Karolyi, sua notione insignit. Hungaris Csongrad Vármegye, Germanis Tschongrader Comitat, Congrad ka Stolica Slavis, dicitur.

Interiacet ab oriente Bekesiensi, et Cumanis Maioribus, Minoribus autem ab occidente, indeque in septentrionem Pestiensi, et Zolnokiensi; et a meridie Csanadiensi, Temesiensi, Bodrogiensi, et Bacsiensi provinciis. Quanta olim amplitudine se extenderit, quantaque etiam incluserit difficile est indagare. Multa enim cum aliis provinciis, tum in primis Temesiensi, et Bacsiensi provinciis ex eadem [illegible] traxerunt. Zinthas certe hac pertinuisse olim ex tabulis Civitatis Szegediensis didicimus. Ab hac si septentrionem versus, Csongradum usque perrexeris, milliaria XI. Hungarica superanda sunt. Ab ortu autem, ad occasum, inter provincias Bekesiensem et minores Cumanos, milliaria quatuor Hungarica, ad summum quinque agro excedit latitudine.

§ II.

Montibus caret, planaque, et nonnisi hinc atque inde, parcissime margine circa Tibiscum [illegible]

17. Az eredeti leírás első oldala.


PARTIS GENERALIS
Membrum Secundum
Politicum.
De populis, et magistratibus Cottus.

18. A Csongrád megyéről készült eredeti kézirat politikai részének javított oldala.


57

12. Ujfalu in finibus Cottus Pestiensis, in via regia Ketskemetensi, et Pestiensi, ubi quoque diversorium in eo habetur: aliqui solum sabulosum est, ac aridum.
13. Náma prope vicinum, e regione Csongrádi, in eadem regia via, ideoque hic etiam opportunum viatoribus diversorium occurrit.
14. Ellés prope vicinum, ... Pestiensi conterminum, ad tractum torrenti ... Csongradum in eadem fluminis ripa.
15. Böld prope traiectum Tibisci Szentesiensem, in sinu Tibisci, quo a Csongrado inflectit. Extat in amne insula, et templum in rudentibus pagi vetustum, adhuc reparabile.
16. Sántó paullo inferius in eadem ripa, in quo ... domini eiusdem villicatio consistit.
17. Felgyö in eadem ripa inferius, in sinu Tibisci, solo uliginoso, sed pingui.
18. Csany pari distantia in eadem fluminis ripa, quod tamen procedit in occidentem longiore, quam latiore terreno, ... viam regiam Pestiensem, et ideo diversorio satis opportuno frequentatur.
19. Szent-Peteri e regione prioris in eadem ripa via regia.

§ IV

De Prædiis Comitis Georgii Erdődii

1. Pusztaszer elegans prædium in regia via Pestiensi, et Kecskemetensi prope paludem eius nominis. Magni hic olim oppidi, seu pagi positionem fuisse templi adhuc prostantis structura, et amplitudo arguit. Totum enim quadrato saxo, et incocto latere constructum est, et ita laxum, ut magnam hominum copiam complectatur. Prope templum in eadem via est diversorium.
2. Skemeszény prope vicinum in orientem ad Tibiscum, quod partim a nobili familia inhabitatum fuisse rudera capellæ videntur arguere. Solum ... est ...

§ V.

De prædiis Vice Comitis Andrassi, et Civitatis Szegediensis. Ad priorem spectat

1. Anyás

19. Részlet az eredeti példányból (Csongrád megye).


Comitatus
Csongradiensis
Pars
Generalis
Membrum I.
Physicum
de
Situ, atque natura Comitatus
Csongradiensis.

§. I.

Csongradiensem Comitatum ejus nominis locus, olim Castrum, jam Vicus exilis, Comitum Karolyi, sua notione insignit. Hungaris Csongrád Vármegye, Germanis Tsongrader Comitat, Csongradska Stolice Slavis, dicitur. Interjacet ab oriente Bekesiensi, et Cumanis Majoribus.

Nomen Comitatus a Csongrád olim Castro:

20. A 18.század végi másolat első oldala.


10.

Exundante flumine pene est impermeabi-
lis, sed tamen trajici potest coelo aestate sic-
co.

Donger: 7.) Donger est sesqui milliari in-
fra Vidratorokum, egrediturque contra Mind-
szentum eo loco, quo minorem ramum Ti-
bisci effluere diximus. Manat autem, vel
potius serpit per vastos campos in occi-
dentem, impeditque et iste vias, sed est
tamen utilis armentis adaquandis.

Pusztaszöri-Tó: 8.) Puszta szöri-Tó, latinis palus
Pusztaszeriensis, quia late versus templum
Pusztaszeriense effunditur, multisque avium
aquaticarum agminibus frequentatur.

Doczi-Tó: 9.) Doczi Tó distat a priori milliari
dimidio, vocaturque a praedio vicino Tibisci
Docz, grandis itidem lacuna, aquis, et care-
ctis plena, foecundaque piscium.

Balog Tó: 10.) Balag Tó est infra suburbia
Szegedinensia, non grandis, sed altus, et li-
quidus lacus.

Mátyi Tó: 11.) Matty-Tó, priori paulo inferius
lacuna longa. Nam a Tibisco, dum exundat,
ultra Dorozmam extenditur, quae Dorozma
milliari dimidio dividet a Tibisco in occiden-
tem. Piscibus, et foetibus affluit.

12.) Láda

21. A másolat természetrajzi leírásának részlete (Csongrád megye).



22. A másolatban található Szeged címer (Csongrád megye).



23. A Bél féle eredeti kézirat bejegyzése (Csanád megye)



Descriptio Comitatus Csanadiensis per Matthiam Belium.

Sequitur Elenchus.

Paragrapho I.

Comitatus Nomen, et amplitudo - - - - - 2.

Situs Campestris - - ibid.

§ II.

Fluvius unicus Marusius. - - - ibid.

Fertilitatis ratio - - - 3.

§ III.

Armentis alendis opportuna regio - - - ibid.

Membrum Belii

24. A 18. századi másolat bejegyzése (Csanád megye.)



25. A Csanád megyei eredeti kéziratba bemásolt királyi kancelláriai dekrétum részlete.


2

HISTORIA
COMITATUS CSANADIENSIS.
PARS GENERALIS.
MEMBRUM PHYSICUM.
De
Situ et Opportunitatibus Comitatus Csanadiensis
Synopsis

§. I.

Csanádum, urbs Episcopalis, dedit Comitatui nomen, qui olim, protensa trans Marusium regiuncula, laxior fuit copiosiorque; sed ea, ad Banatum Temesiensem relata, multo redditus est arctior. Modico enim eo spatio [illegible] continetur, quod Marusius a Meridie, ab Oriente Aradiensis Comitatus, Zarándiensis et Békésiensis, a Septemtrione atque occidente, circumcludit. — — — Comitatus nomen, et amplitudo:

Tota Regio, in planitiem diffunditur, vastis campis [illegible] late patentem. Hinc et illinc, intersunt silvae, quernis arboribus consita, recentiores sicuti credimus aetatis, olim enim vix vestigium arboris, toto isto hoc aequore, notabatur. Situs campestris.

§. II.

Unicus eam rigat Marusius, qui ubi terminos Aradi, ad vicum Pecske reliquit, copiosiore alveo, oram agri Csanadiensis praeterit. Olim medium hunc Comitatum scidit; sed postquam pars trans Marusium Banatui Temesiensi accensa est, terminos iam regionis definit. Locos, quos altera parte alluit, adtigimus in Banatu. Ex hac parte, qua Csanadiensem agrum perstringit, [illegible] rigat praedia, si duos [illegible] tresve vicos excipias. — — — Fluvius unicus, Marusius. Praedia.

Alioquin fertilitate haud cedit vicinis [illegible]; est enim planitie gignendo triti- fertilitatis ratio.

co

26. Csanád megye eredeti példányának második lapja.



garica est, Transtibiscana conformis, victus autem et amictus pro fortunarum modo, hic cultior, illic iterum vilior. Rasciani, hucusque pauciores fuerunt quippe quibus ora trans Marusiana amicior visa est. Graecos tamen haud facile desideraveris, passim mercatus gratia sedes ponentes.

§ II.

Magistratus totius regionis, Supremos Comites vocamus, Episcopatui Csanadiensi, iure perpetuo, connexus est. Proinde, non est, ut in recensendis Supremis Comitibus elaboremus, ea cura tunc defungemur, cum Episcoporum Csanadiensium catalogum exhibebimus. Reliqui Magistratus, quod sciamus, restaurati sunt nondum. Itaque, iisdem hic iuribus agitur, quae in Aradiensi Comitatu explicuimus. Nam, et militum praefecti habent, quod regant, neque Fisci Regii curatores, munere carent. Spes est, fore, ut prisci regiminis ratio, ex optimi Principis indulgentia, breve, pristino flori restituatur.

Magistratus provinciales

PARS SPECIALIS.

Membrum I.

De

CASTRIS et OPPIDIS [illegible], Comitatus Csanádiensis.

I.

Urbs et Arx Csanadinum.

Csanadinum, Hungaris Csanád, urbs olim vasta, et multarum opportunitatum. De ea Bonfinius (a) Csanadiensis inquit, Conventus, cum Civitate, et Basilica, non ignobili. [illegible] Amplum Oppidum, sed nullis cinctum moenibus [illegible] adpellat. Habuit tamen arcem, roboris, ad tolerandam obsidionem, idonei. Utramque molem Marusius, meridionali latere, subluit, at

Vasta olim urbs fuit Csanadiensis:

cuius ad Marusium, ora eum [illegible]

(a) Dec. I. Lib. [illegible] p. 26, 23. (b) Lib. V. [illegible] p. 70, 15.

cum vero

27. Ugyanennek a kéziratnak a különleges része.


dem reparauit. Vir enim seculum mierat, bellis obnoxium strenuissimis,
sita noua rerum Chanadino pericula constante. Praerat rebus in Trans-
silvania, Georgius Monachus, iam Ferdinando I foedere coniunctus, quum
Vidua Johannis sequaces, arcem urbemque, obsidione cingunt;
sed successu quam rebantur, infeliciore. casis enim, qui moliri coeperant
urbs, discrimine, in quod adducta fuerat, liberata
§. III.
Vix autem istis malis defunctum fuit Csanadinum, cum fatis urgentibus,
ad exitium trahi. Exarserat inter Ferdinandum et Turcas bellum,
quo, hi quidem, viduam, filiumque Johannis, Transsilvaniae ibant resti-
tutum. Atque ea res non potuit non, multarum esse cladium. Enim ve-
ro, suscepta expeditione et alterutra arcium, partim dolo, partim no-
strorum metu, occupata, vis omnis Csanadino incubuit. Csanadinum
deinde sequebatur, Episcopi Urbs et sedes, arce ad Marosium amnem sita
et templo celebri, sed nullis cincta moenibus, quam Ferdinandus Fran-
cisco Ugodio, Collegii Sacerdotum Albensium Praeposito, ad commenda-
tionem Georgii Monachi, paulo ante dederat. Eius Praefectus extremo
pauore et formidine consternatus, nullo exspectato ictu tormentorum
claues arcis Mehemeto obuiam adtulit, eamque ex templo dedidit, ut
memorat Istuanffius. Qua hinc rerum conversio secuta sit, pluri-
bus, eodem loco, historicus, exprimit. Nempe, quidquid, utraque Maru-
sii ripa, castellorum fuit, id omne, ignobili nostrorum pauore, aut pre-
propere deditum, aut dilabentibus praesidiariis, inane relictum, ho-
stique fuit permissum. Accessit, Rascianorum, qui prouinciae Temesi-
ensis campestres vicos, late incolebant, ad Mehemetem, defectio, multa-
rum postea calamitatum fons et origo. Ista Anno MDL. gesta fuere
non minus ingloriae, quam perniciose. Eo enim tempore, pessum iit, non
(a) Istuanffius, Lib. XVI. pag. 295. ad an. MDL (b) Lib. XVII p. 300
Urbs

28. Az eredeti példány üres oldalára írt pótlás (Csanád megye).


INDEX | fol:

Comitatus nomen unde? fluvius Marusius — 1
Veteres incolae: horum clades: regionis vastitas. — 2
Magistratus: Urbs Csanad: . . . — 4
Fundatio Episcopatus a S. Stephano: sedabe Abae crudelitate: eius fata. Lectu dignissima — 5
Celebris a Comitiis et Regis Ladislai Cumani sepulchro 8
Catalogus Episcoporum — 10
Villa B: Gerhardi 1 Eppi longe deducta 10
Historia Joannis Zakolyi 24 Eppi — 15
Nicolai Csáki 27 Eppi — 17
Oppidum Mako: . . — 24
Vici hodierni . . . — 24
Vicorum priscorum nomina — 24

Comitat Csanadiens
Duplicat
Elencham habet.

29. Az eredeti példány végén lévő index (Csanád megye).


HISTORIA
Comitatus
CSANADIENSIS.
Membrum
Physicum
de
Situ, et Opportunitatibus Comitatus Csanadiensis.
Synopsis.

Comitatus nomen et amplitudo: Situs Campestris . . . §.I.	Armentis alendis opportuna regio . . . . §.III.
Fluvius unicus Marusius: Fertilitatis ratio . . . §.II.	

§.I.

30. A 18. század végi másolat címlapja (Csanád megye).

31. A másolati példányba beragasztott 18. századi térkép (Csanád megye).